



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV

Muret, Marc-Antoine

Antverpiæ, M. D. LXXXVI.

Cap. 6. Homerum & Eschylum Athenienses, Tyrtæum Lacedæmonij quo
honore affecerint.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70864)

συνεδοτας; ὡσεὶ εἰ καὶ τὰ μέγιστα εἰς ἐμὲ ἐξημέρτανον, ἢ καὶ εἰς πέντε, δίδωμι μετὰ αὐτῶν λαμβάνειν. εὖ γὰρ αὖ εἰδέναι, ὅτι ἐπὶ σκείνοις καὶ ἐμὲ τιμωρήσασθαι, καὶ αὐτοῖς μιλύσασθαι ἐλδοσίβουσι χροιάς. Miserrima igitur est impurè ac turpiter viuentium condicio, quibus ad cetera damna illud etiam accedit, vt in quos imperium exercere debuerant, eos reuereri ac metuere adigantur.

Homerum & Æschylum Athenienses, Tyrtaum Lacedæmonij quo honore affecerint.

CAPVT VI.

HOMERI poëmata quanti fecerint Athenienses, quamque vilia esse ad inflammandos honestatis ac dignitatis amore animos iudicauerint, hinc existimari licet: quòd legem tulerunt, vt quinto quoque anno in Panathenæis, eius vnus ex omni poetarum numero carmina publicè canerentur. ita enim cogitabant, leges præcipere quidem, quid faciendum, fugiendumque sit, sed propter breuitatem, non docere: at poëtas, qui vitam hominum imitantes, res præclarè ac fortiter gestas, copiosè exponerent, easque propemodum ante oculos constituerent, aptiores esse ad persuadendum. Similem autem honorem habuerunt Lacedæmonij Tyrtao. cùm enim ceteroqui à poëticis studiis alieni essent, neque poëtarum cantus libenter audirent, lege tamen constituerant, vt quoties cum hostibus dimicaturus in procinctu constitisset exercitus, conuocarentur milites in tabernaculum regium: ibique audiendis Tyrtaei carminibus ad spernendam pro patria vitam incitarentur. Æschylo quoque idem propè honos à populo Atheniensi tributus est, vnus enim ex omnibus tragicis fabulæ, ipso etiam mortuo, vt docerentur, decreto publico statutum erat.

Illustra-

Ant. Mureti
Lectio
LII
25